Pœnitentia nuncupatis,& alijs eorundem Ordinum perſonis de nouo conceſſit, & in eis locum habere voluit,ac ſi eiſdem nominatim directê & expreſſe conceſſa fuiſſent.

¶ Modo ſingulorum Ordinum Mendicantium priuilegia proponamus.

INDVLTA APOSTOLICA QVIbus Sacer Ordo Prædicatorum Mendicantium Ordinum gaudet priuilegiis.

¶ Leo. 10. Motu proprio communicauit, & de nouo conceſſit Ordini Prædicatorum omnes & ſingulas gratias,conceſſiones,indulgẽtias peccatorum remiſſiones,prerogatiuas, fauores,immunitates,exemptiones,facultates priuilegia, & indulta tam ſpiritualia, quam temporalia,qualiacunq; illa ſint,quæ Minorũ Eremitarum Sancti Auguſtini,Carmelitarum, Seruorũ Beatæ Mariæ,ac Minimorũ Fratrum Ordinibus,& eorum Eccleſiis,& oratoriis,ac Eccleſias ipſas & oratoria viſitantibus cuiuſcunq; ſtatus,aut ſexus exiſtant,ſeu pro eorum manutentione,& ornatu contribuentibus,nec non domibus & præſidentibus,non ſolum Generalibus,ſed etiam Prouincialibus,& Conuen-